

[1137 agosto. Barbastro]

113

Ramiro II, rey de Aragón, señala los límites del reino que entrega al conde Ramón Berenguer IV.

AHN, Clero, *Montearagón*, carp. 623, n.º. 13, copia del siglo XIII (B).

AHN, Códice 1067, fol. 17, copia del siglo XIV, que incluye sólo el final. Desde donde coloco la nota 1 hasta donde está la nota 2 (C).

Ed. F. D. AYNSA, *Fundación, excelencias, grandezas y cosas memorables de la antigua ciudad de Huesca* (Huesca 1619), p. 83 (b).

Ed. TRAGGIA, *Ilustración*, p. 586-587 (b).

Ed. José María QUADRADO, *España. Sus monumentos y artes. Su naturaleza e historia. Aragón* (Barcelona 1886), p. 273-274.

Ed. UBIETO ARTETA, *Los esposales*, n.º. 2.

Ego Ranimirus, Sancii regis filius, rex Aragonensis, dono tibi Raimundo, comiti Barchinonensi, cum filia mea meum regnum Aragonis, totum ab integro, sicut divisit eum Sancius rex maior, avus patri mei, et sicut divisi ego eum cum rege Navarrorum Garsia Remiriz, in Pampilona, excepto illas tenenzas quas dedit Sancius supra scriptus regi Ranimiro avo meo in Navarra.

Ex parte Castella dono tibi de Hariza usque Ferrera, de Ferrera usque Tarazona; de Tarazona usque Tutela, villas et castella.

Tutellam vero adquisivit et cepit frater meus rex Adefonsus, et dedit eam comiti de Perges pro honore. Ipse autem dedit eam Garsie Remiriz, cum filia sua. De hoc, sicut melius poteris facere, facias vel cum eo convenias.

Cesaraugustam vero dedi imperatori de Castella, cum suis apendiciis, in vita sua tantum. Et fecit mihi nomenage de ea ut reddatur mihi vel successori meo post obitum suum. Quicquid enim mihi debebat facere, volo et mando ut tibi faciat. Hoc ex parte de Castella.

Ex parte vero de Navarra dono tibi de Sancta Gratia de Portu, quam pater meus rex Sancius, bone memorie, dedit Sancto Salvatore, suo monasterio, usque Biozal, cum toto Roncali, qui est honor de Rosta. Et de Biozali, sicut vadit aqua de Sarasazo et cadit in Ida. Inde vero ad pontem Sancti Martini; et de ponte Sancti Martini, sicut currit Ida et dividit Navarra et Aragona, usque cadit in fluvium Aragonis. Et inde per medium pontem ad Vadum longum. Et de Vado longo ad Galipenzo, sicut aqua. De Galipenzo autem, sicut currit fluvius Aragonis et iungit se cum Arga et cadit in Ibero, flumine magno. Inde vero sicut currit Iber usque iam dictam Tutelam.

De Roncali namque et Alasos et Quadreita et Balterra, sic dico tibi: quia dedi eas regi Navarrorum Garsie Remiriz tantum in vita sua, et fecit mihi nomenage; ut post obitum suum reddantur mihi vel successori meo. Quicquid enim mihi debebat facere, volo et mando ut tibi faciat.

Hoc dono tibi et concedo filiis filiorum tuorum qui fuerint de generatione de mea filia, in secula seculorum.

Tu vero convenis mihi, in verbo veritatis, et mitis manus tuas inter manus meas, ut non alienes, neque facias alienare, regnum istud quod ego dono tibi, a generatione filiorum filie mee. Nec post obitum regis Garsie Remiriz dimittas filio suo Roncal et Alasos et Quadreita et Balterra.

Et ut in tota vita mea teneas me sicut patrem et dominum.

Tamen retineo mihi regalem dominium super omnes ecclesias regni mei, super monasterium scilicet Sancti Salvatoris Ligerensis, cui dono illam meam medietatem de illo olivare de Arasquos, propter ensem quem ibi accepi, qui fuit de Lop Iohan; et super monasterium Sancti Iohannis¹ de Pinna et super monasterium Sancti Victoriani et super omnes ecclesias parrochiales et proprie proprium; super Sanctum Petrum de Ciresa, cum suis pertinentiis; et Pertusa et Sant Urbiz et Sancta Cecilia.

Licet regnum tibi tradam, tamen dignitatem meam non ammito².

¹ C copia desde aquí hasta donde está la nota 2.

² Una mano moderna (siglo XVII) ha añadido, citando a Beuter: Facta carta Iace, mense novembris, era M. C. LXXX. VI, regnante me rege Ranimiro in Suprar, Ripacurt et in imperio meo gener meus Raymund Bereng. comes Barchi.

Subscripserunt hanc cartam. A partir de aquí otra mano más tardía, en B, añade una serie de disparates históricos sobre obispos y tenentes, que omito.

1137 agosto 27. Ayerbe

114

Ramiro II, rey de Aragón, confirma a Ramón Berenguer, conde de Barcelona, cuanto había donado al entregar su hija y el reino; declara nulas las donaciones posteriores que pudiese hacer si no contase con la voluntad de Ramón Berenguer IV.